3 Spartani in quo celebrantur Heraclitæ sive Herculis posteri Lycurgus Legislatator Ephori patientia insignis & laboriositas, itemque bella Messenia Partheniæ
4 Corinthium ubi pariter celebrantur Heraclitæ & Brytanes sive prætores
5 Atticum vel Atheniense ubi celebrantur Theseus Archontes sive prætores primo perpetui hinc decennales tantum annui porro Draco et Solon legislatoris Pisistratus Tyrannus ad hæc et marte et arte illustres fuerunt Athenienses
6 Thebanum ubi celebrantur Ogygoes Cadmus Sphinx & Oedipus
7 Tessalicum in quo celebrantur Deucalion eiusque Pyrrha
8 Macedonicum cui pariter præfuerunt Heraclitæ

§ IV Italica Regna sequentia sunt
1 Tyrrhenum Hetriscum
2 Albanum ubi imperavit Æneas cum posteris
3 Romanum cui abinitio præfuerunt Septem Reges quorum Imus est Romulus Germanicum vero Celticum Hispanicum Danicum & Gothicum Regnum, quæ etiam hoc tempore extitisse dicuntur a Beroso non admodum certa sunt
Videantur de rebus hisce publicis Diodorus Siculus in Bibliotheca Pausanias in libris 10 de Statu Græciæ Dionisius Halicarnassensis in libris 11 Antiq: Romanorum porro Eusebius à Schaligero editus Bedavius et Iohannes Meiersius de rebus Græcorum

SECTIO · III ·

DE REBUS SACRIS

sive de Ecclesia postdiluviana usque ad Monarchiam 2dam

§ I Post primam ætatem antediluvianam hoc Tempore exactæ sunt 4 Mundi ætates nempe 2da dispersionis gentium 3ia Patriarcharum 4 Heroum & 5 Regum

§ II In secunda ætate vixerunt X Patriarchæ postdiluviani quorum nomina sequentibus versibus includuntur
Semus & Arphaxad Sela Heberque Pelegus
post Reu, Seruc, Nahor Tharaque Abramque.

§ III In Tertia ætate vixerunt Patriarchæ specialis promissionis nempe Abraham Isaac Iacob Iosephus usque ad Mosen Israelitas ex Ergastulo Egyptio educendum

§ IV In 4ta ætate vixerunt Heroes nimirum Moses Lycurgus ille Iudaicus cui inepte Vulgo Cornua assignantur & cuius sepulchrum nemini cognitum fuit quique post tres annorum quadragenas fato suo functus est